I
261166
Incunabel

E-S

Aus

der Bibliothek der k. k.
Theresianischen Akademie
in Wien
angekauft am 17. Februar 1899.

(Erlass des Curatoriums
ddo. 31. Jänner 1899.)

O. 10. ~~25~~. J. 6.

I.
261166.
Incunabel

I, 261166.

# Liber hymnoꝝ prudẽtij.

.Carthusiae Gemmicensis

## Cuſpinianus ad lectorem.

¶ Graij pindarias amant camenas:
Quę plectro ſuperũ canunt triumphos
Aurato: aut faciles deos precantur:
Iratos precibus mouent ſupremis.
¶ Romanos latia duces potentes
Depromit cythara/deũqꝫ laudes
Flaccus: quẽ lyricę manet cohortis
Vatũ gloria: dux lyrę latinę.
¶ Languet nunc lacię lyręqꝫ latinę.
Auctor: cũ nouus hic lyrę repertor
Clemens & nitidus pius ſacerqꝫ
Exurgit fidibus ſacris: canoris.
¶ Sanctas ille chelas refert ſonoras
Quis regem ſuperum docet canendum
Orto ſydere. vel cadente ſole:
Seu quis de dapibus famẽ reſtinxit:
Seu corpus macerat deũqꝫ mente
Ieiuna celebrat: fideqꝫ credat
Pura: lector habes ſacrum poema.

Magnanimo Johanni Graccho pierio diui
Maximiliani romanoꝝ impatoris designati
ꝓthonotario. L. Johānes cuſpinian⁹. S.d.

Odas aurelij prudēcij viri quātū ex ſcript⁹ ſuis deprēdim⁹ militaris ac vtriuſqꝫ virtut⁹ exercitatiſſimi/cū recognouiſſem atqꝫ ī multa exemplaria imprimi curaſſem. Tu imprimis Magnanime pieri gracche occurrebas dignus/cui canendas tanquā optimo Apollinis vicario in lyra dicarē qui vbi grauioribus liberatus negocijs que non parū multa ex officio tractare quottidie neceſſe eſt ſuauiſſimis ſoles muſis cytharaqꝫ reboante (nec em̄ id te pudeat quod olim maximis viris erat ingens ſtudiū) animū feſſum demulcere ac refocillare Has igitur odas/ſiquādo ꝛ noſtre ſanctiſſime religionis contemplari miſteria volueris: ſepius aūt voles: barbico tibi pangendas eo ad te animo mittim⁹ quo Solon ſalamin⁹ philozophus tribus verſibus Apollini delphico oblatis/Alia em̄ dona non habuit/maius mun⁹ Croeſo rege qui auri maſſas aduexit: obtuliſſe oraculo id approbāte fertur Sic meū erga te optime patrone animū veluti fidi clientis dignoſces purū ac ſincerū. ſi has acceperis ſerena vt ſoles fronte primicias Alia maturo ꝛ ꝓpria ꝛ que qualis in pieriū gracchū Cuſpinianus ſit clarius ſignificabunt interea vale ꝛ me amare vt cepiſti nō ceſſa.

## Aurelij clemētis prudēcij In chatemerimon p̄fa-tio Ode tricolos gliconicū aſclepiadeū alchaicū.

p

Per quinquennia iam decem
Ni fallor, fuimus: ſeptim⁹ inſuper
Annū cardo rotat dū fruimur ſole volubili
Inſtat terminus, ⁊ diem
Vicinum ſenio iam deus applicat:
Quid nos vtile tanti ſpacio temporis egimus?
Etas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis: mox docuit toga
Infectū vicijs falſa loqui non ſine crimine?
Tum laſciua proteruitas
Ac luxus petulās (heu piget ac pudet)
Fedauit iuuenem nequicię ſordibus ac luto.
Exin iurgia turbidas
Armarūt animos: ⁊ male pertinax
Vincendi ſtudiū ſubiacuit caſibus aſperis:
Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus vrbium:
Ius ciuile bonis reddidimus: terruim⁹ reos:
Tandem milicię gradu
Euectum, pietas principis extulit
Aſſumptum, ꝓpius ſtare iubens ordine proximo:

Hęc dum vita volans agit
Irrepſit ſubito canicies ſeni
Oblitum veteris meſſalię conſulis arguens:
Sub quo prima dies mihi
Quam multas hyemes voluerit. ⁊ roſas
Pratis poſt glaciem reddiderit. nix capitis probat:
Nunquid talia proderunt
Carnis poſt obitum vel bona vel mala?
Cui iam quicquid id eſt. quod fueram. mors aboleuerit
Dicendum mihi quiſquis es
Mundum quem coluit mens tua perdidit:
Non ſunt illa dei quę ſtuduit cuius habeberis
Atqui fine ſub vltimo
Peccatrix anima ſtulticiam exuat.
Saltem voce deum concelebret ſi meritis nequit.
Hymnis continuet dies:
Nec nox vlla vacet quin dn̄m canat:
Pugnet contra hereſes: catholicam diſcutiat fidem:
Conculcet ſacra gentium:
Labem roma tuis inferat idolis:
Carmen matyribus deuoueat: laudet apoſtolos
Hęc dum ſcribo vel eloquor
Vinclis o vtinam corporis emicem
Liber. quo tulerit lingua ſono mobilis vltimo:

Ode monocl̄os tetraſtrophos iambicū dijmetꝝ archilochicū acathalecticum ad gallicantum

Ales diei nuncius
lucem ꝓpinquā precinit
nos excitator mentiū
iam xp̄us ad vitam vocat
Auferte clamat lectulos
ęgro ſopore deſides
caſtiqꝫ recti ac ſobrij
vigilate: iam ſum ꝓximus.
Poſt ſolis ortum fulgidi
ſerꝝ eſt cubile ſpernere
ni parte noctis addita
tempus labori adiaceris:
Vox iſta qua ſtrepunt aues
ſtantes ſub ipſo culmine
paulo antequā lux emicet
nr̄i figura eſt iudicis:
Tectos tenebris horridis
ſtratiſqꝫ opertos ſegnibus
ſuadet quietem linquere
iamiamqꝫ venturo die:
Ut cum coruſcis flatibus
aurora celum ſparſerit
om̄s labore exercitos
confirmet ad ſpem luminis
Hic ſomnus ad tempus datus
eſt forma mortis perpetis
peccata ceu nox horrida
cogunt iacere ac ſtertere:
Sed vox ab alto culmine
chriſti docentis premonet
adeſſe iam lucem ꝓpe
ne mens ſopori ſeruiat:
Ne ſomnus vſqꝫ ad terminos
vitę ſocordis opprimat
pectus ſepultum crimine
et lucis oblitum ſuę:
Ferunt vagantes dęmones
lętos tenebris noctium
gallo canente exterritos
ſparſim timere et cędere:
Inuiſa nam vicinitas
lucis. ſalutis. numinis
rupto tenebrarꝝ ſitu
noctis fugat ſatellites:

Hoc eſſe ſignum pręſcij
norunt repromiſſe ſpei
qua nos ſoporis liberi
ſperamus aduentum dei:
Quę vis ſit huius alitis
ſaluator oſtendit petro:
ter anteq̄ gallus canat
ſeſe negandum predicans:
Fit nāq; peccatum prius
quā pręco lucis proximę
illuſtret humanū genus
finēq; peccandi ferat:
Fleuit negator deniq;
ex ore prolapſum nefas
cum mens maneret innocens
animuſq; ſeruaret fidem
Nec tale quicq̄ poſtea
lingua locutus lubrica eſt:
cantuq; galli cognito
peccare iuſtus deſtitit:
Inde eſt q̄ om̄s credimus
illo quietis tempore
quo gallus exultans canit
chriſtū rediſſe ab inferis:
Tunc mortis oppreſſus vigor
tūc lex ſubacta eſt tartari
tunc vis diei fortior
noctem coegit cedere:
Iam iā quieſcant improba
iam culpa fulua obdormiat
iam noxa letalis ſuum
perpeſſa ſomnū marceat:
Vigil viciſſim ſpiritus
quodcūq; reſtat tp̄is.
dum meta noctis clauditur
ſtans ac laborans excubet:
Ieſum ciamus vocibus
flentes precantes ſobrij:
intenta ſupplicatio
dormire cor mundum vetat:
Sat cōuolutis artibus
ſenſum profunda obliuio
preſſit grauauit obruit
vanis vagantem ſomnijs:
Sunt nempe falſa ⁊ friuola
quę mundiali gloria

ceu dormientes egimus:
vigilemus: hic eſt veritas:
Aurum voluptas gaudiũ
opes honores. proſpera
quęcũq3 nos inflant mala.
fit inane: nil ſunt omia.
Tu chriſte ſomnũ diſijce
tu rumpe noctis vincula
tu ſolue peccatum vetus
nouũq3 lumen ingere:

Ode monocolos tetraſtrophos iambicũ dimetꝝ archilogicũ.

¶ Hymnus matutin⁹.

Nox ⁊ tenebrę et nubila
confuſa mũdi ⁊ turbida.
lux intrat. albeſcit polus:
chriſtus venit. diſcedite:
Caligo terrę ſcinditur
percuſſa ſolis ſpiculo:
rebuſq3 iam color redit
vultu nitentis ſyderis:
Sit noſtra mox obſcuritas
fraudiſq3 pectus conſcium
ruptis retectũ nubibus
regnante palleſcit deo:
Tunc non licebit claudere
qd quiſq3 fuſcum cogitat
ſed mane clareſcent nouo
ſecreta mentis prodita:
Fur ante lucem ſqualido
impune peccat tempore
ſed lux dolis cõtraria
latere furtum non ſinit:
Verſuta fraus ⁊ callida
amat tenebris obtegi
aptãq3 noctem turpibus
adulter occultus fouet:
Sol ecce ſurgit igneus
piget pudeſcit pęnitet
nec teſte quiſquã lumine
peccare conſtanter poteſt:
Quis mane ſumptis nequiter
non erubeſcit poculis
cũ fit libido temperans
caſtũq3 nugator ſapit:
Iam nunc ſeuerũ viuitur

nec quiſquã tentat ludicrum:
inepta nunc om̃s ſua
vultu colorant ſerio:
Hęc hora cunctis vtilis
qua quiſqꝫ qđ ſtudet gerat
miles.togatus.nauita.
opifex.arator.inſtitor
Illum forenſis gloria
hunc triſte raptat claſſicum
mercator hinc ac ruſticus
auara ſuſpirant lucra.
At nos lucelli ac fęnoris
fraudiſqꝫ prorſus neſcij
nec arte fortes bellica
te chriſte ſolum nouimus:
Te mente pura ⁊ ſupplici
te voce te cantu pio
rogare curuare genu
flendo ⁊ canendo diſcimus:
His nos lucramur quęſtibus
hac arte tantum viuimus
hęc inchoamus munera
cum ſol reſurgens emicat.

Intende noſtris ſenſibus
vitamqꝫ noſtram deſpice
ſunt multa fucis illita
quę luce purgentur tua.
Purare nos tales iube
quales remotis ſordibus
nitere pridem iuſſeras
iordane tinctos flumine.
Quodcũqꝫ nox mundi dehinc
infecit atris nubibus
tu rex eoi ſyderis
vultu ſereno illumina.
Tu ſancte qui tetrã picem
candore tingis lacteo
ebenoqꝫ chriſtallũ facis
delicta terga liuida:
Sub nocte iacob cerula
luctator audax angeli
eouſqꝫ dum lux ſurgeret
ſudauit impar pręliũ:
Sed cum iubar clareſceret
lapſante claudus poplite
femurqꝫ victus debile

culpe vigore͂ perdidit
Mutabat inguen ſaucium
quę corpis pars vilior
longeqꝫ ſub cordis loco
diram fouet libidinem
Hęc nos docent imagines
homine͂ tenebris obſitum
ſi forte non cędit deo
vires rebelles perdere.
Erit tamen beatior
intemperans membru͂ cui
luctando claudu͂ ꝛ tabidum
dies oborta venerit.
Tandem fatiſcat cęcitas
quę noſmet in pręceps diu
lapſos ſiniſtris greſſibus
errore traxit deuio.
Hęc lux ſerenum conferat
puroſqꝫ nos pręſtet ſibi
nihil loquamur ſub dolu͂
voluamus obſcuru͂ nihil
Sic tota decurrat dies
ne lingua mendax aut manus
oculi ve peccent lubrici
ne noxa corpus inquinet
Speculator aſtat deſuper
qui nos diebus omnibus
actuſqꝫ noſtros ꝑſpicit
a luce͂ prima in veſperum
Hic teſtis hic eſt arbiter
hic intuetur quicquid eſt
humana qd͂ mens concipit
hunc nemo fallit iudicem.

¶ Ode monoculos pe͂thaſtrophos heptimemeros dactilicu͂ trimetru͂ hipcathalecticu͂ alcinaniu͂.

## ¶ Hymnus ante cibu͂

O Crucifer bone luciſator
omipote͂s pie verbigena
ędite corpore virgineo
ſed prius in genitore potens
aſtra ſolu͂ mare quam fierent
Huc nitido precor intuitu
flecte ſalutiferam faciem
fronte ſerenus ꝛ irradia
nomis vt ſub honore tui

has epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil dñe
nec iuuat ore quid appetere
pocula ni prius atq3 cibos
chriſte tuus fauor imbuerit
omnia ſanctificante fide
Fercula noſtra deum ſapiant
chriſtus ⁊ influat in pateras
ſeria ludrica verba iocos
deniq3 quod ſumus aut agim⁹
trina ſuperna regat pietas
Hic mihi nulla roſe ſpolia
nullus aromate fragrat odor.
ſed liquor influit ambroſius
nectareāq3 vitem redolet
fuſus abuſq3 patris gremio
Sperne camęna leues hederas
cingere tp̄a quis ſolita es
ſertaq3 miſtica dactylico
texere docta liga ſtrophio
laude dei redimita comas
Quid generoſa poteſt anima
lucis ⁊ ętheris indigena
ſoluere dignius obſequiū
quā data munera ſi recinat
artificem modulata ſuum
Ipſa homī quia cuncta dedit
quę capimus dñante manu
quę polus aut hum⁹ aut pelag⁹
aere gurgite rure creant
hęc mihi ſubdidit ⁊ ſibi me.
Callidus illaqueat volucres
aut pedicis dolus aut iaculis
illita glutine corticeo
vimina plumigerā ſeriem
impediunt ⁊ abire vetant:
Ecce ꝑ ęquora fluctiuagas
texta greges ſinuoſa trahunt
piſcis item ſequitur calamum
raptus acumine vulnifico
credula ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas
diues ariſtiferę ſegetis
hic vbi vitea pampineo
brachia palmite luxuriant
pacis alumna vbi bacca viret

Hęc opulentia chriſticolis
ſeruit. oĩa ſuppeditat:
abſit em̃. ꝓcul illa fames
cędibus vt pecudum libeat
ſanguineas lacerare dapes
Sint vera gentibus in domitꝭ
prandia de nece quadrupedum
nos oleris coma nos ſiliqua
fęta legumĩe multimodo
pauerit innocuis epulis:
Spumea mulctra ger̃t niueos
vbere de gemino latices
perqꝫ coagula denſa liquor
in ſolidũ coit: ⁊ fragili
lac tenerꝝ ꝑmitur calatho
Mella recens mihi cecropea
nectare ſudat olente fauus
hęc opifex apis aerio
rore liquat tenuiqꝫ thymo
nexilis inſcia cõnubij
Hinc q̊ꝫ pomiferi nemoris
munera mitia ꝓueniunt
arbor onus tremefacta ſuum
deciduo grauis imbre pluit
puniceoſqꝫ iacit cumulos:
Quę veterꝝ tuba quę ve lira
flatibus incita vel fidibus
diuitis omĩpotentis opus
quę fruenda patent homĩ
laudibus ęquipare queat:
Te pater optime mane nouo
ſolis ⁊ orbita cum media eſt
te q̊ꝫ luce ſub occidua
ſumere cum monet hora cibum
noſtra deus canet armonia:
Quod calet halitus interior
corde qđ abdita vena tremit
pulſat ⁊ inſita qđ reſonam
lingua ſub ore latens caueam
laus ſuperi patris eſto mihi
Nos igitur tua ſancte manus
ceſpite cõpoſuit madido
effigiem meditata ſuam
vtqꝫ foret rata materies
flauit ⁊ indidit ore aĩam.
Tum per amena virecta iubet

frondicomis habitare locis
ver vbi perpetuū redolet
prataqꝫ multicolora latex
quadrifluo celer amne rigat
Hęc tibi nūc famulentur ait
vſibus omīa dedo tuis
ſed tamen aſpera mortifero
ſtipite carpere poma veto
qui medio viret in nemore
Hic draco perfidus indocile
virginis illicit ingenium
vt ſociū maleſuada virum
mādere cogeret ex vetitis
ipaſ pari peritura modo
Corpa mutua noſſe nefas
poſt epulas inoperta vident:
lubricus error ⁊ erubuit:
tegmina ſuta parant folijs
dedecus vt pudor occuleret
Conſcia culpa deum pauitans
ſede pia procul exigitur:
innuba femīa que fuerat
coniugis excipit imperium

fędera triſtia iuſſa pati.
Auctor ⁊ ipſe doli coluber
plectitur improbus. vt mulier
colla trilinguia calce terat
ſic coluber muliebre ſolum.
ſuſpiciatqꝫ virum mulier.
His ducibus vicioſa dehinc
poſteritas ruit in facinus:
dumqꝫ rudes imitatur auos
faſqꝫ nephaſqꝫ ſimul glomerās
impia crimina morte luit
Progenies venit ecce noua
ęthere ꝓditus alter homo
non luteus velut ille prior
ſed deus ipſe gerens hoīem
corporeiſqꝫ carens vicijs
Fit caro viuida ſermo patris
numine quē rutilante grauis
non thalamo neqꝫ iure thori
non genialibus illecebris
intemerata puella parit:
Hoc odiū vetus illud erat
hoc erat aſpidis atqꝫ homīs

hoc erat aſpidis atqꝫ homĩs
digladiabile diſcidium
qđ modo cernua fęmineis
vipera ꝓteritur pedibus.
Edere nãqꝫ deum merita
omnia virgo venena domat:
tractibus anguis inexplicitis
virus inerme piger reuomit
gramine cõcolor in viridi
Quę feritas modo nõ trepidat
territa de grege candidulo:
mipanidas lupus inter oues
triſtis obambulat. ⁊ rabidum
ſanguĩs ĩmemor os cohibet.
Agnus em̃ vice mirifica
ecce leonibus imperitat:
exagitanſqꝫ truces aquilas
per vaga nubila pqꝫ nothos
ſydere lapſa columba fugat
Tu mihi chriſte colũba potens
ſanguine paſta cui cędit auis
tu niueus per ouile tuum
agnus hiare lupum prohibes
ſubiuga tigridis ora ꝑmens.
Da locuples deus hęc famulis
rite precantibus vt tenui
membra cibo recreata leuent
neu piger ĩmodicis dapibus
viſcera tenſa grauet ſtomachus
Hauſtus amarus abeſto ꝓcul
nec libeat tetigiſſe manu
exitiale quid aut vetitum
guſtus ⁊ ipſe modum teneat
ſoſpitet vt iecur incolume.
Sit ſatis anguibus horrificis
liba ꝗ impia corporibus
ha miſeram peperere necem
ſufficiat ſemel ob facinus
plaſma dei potuiſſe mori.
Oris opus vigor igneolus
non moritur. qꝛ flante deo
cõpoſitus. ſuperoqꝫ fluens
de ſolio patris artificis
vim liquidę rõnis habet:
Viſcera mortua quin etiam
poſt obitum reparare datur:

eq3 ſuis iterum tumulis
priſca renaſcitur effigies
puluereo coeunte ſitu.
Credo eqdez (neq3 vana fides)
corpora viuere more animę.
nam modo corporeū memini
de phlegetonte gradu facili
ad ſuperos remeaſſe deum.
Spes eadez mea mēbra manet
quę redolentia funereo
iuſſa quieſcere ſarcofago
dux parili rediuiuus humo
ignea xpūs ad aſtra vocat.

¶ Ad monoculos triſtraphos trochaicum falencium.

## ¶ Hymnus poſt cibum

Paſtꝫ viſceribꝰ ciboq3 ſūpto
quē lex corpis ībecilla poſcit
laudē ligua deo pr̄i repēdat
Patri qui cherubī ſedile ſacꝝ
necnon ⁊ ſeraphin ſuū ſupremo
ſubnixus ſolio tenet regitq3.
Hic ē quē ſabaoth deū vocamꝰ
expers principij. carenſq3 fine
rerum cōditor et repertor orbis
Fons vite liquida fluēs ab arce
infuſor fidei. ſator pudoris
mortis pdomitor. ſalutis autor
Nōs qđ ſumꝰ ac vigemꝰ inde ē
regnat ſpiritꝰ ille ſempiternus
a criſto ſimul ⁊ parente miſſus
Intrat pectora cādidus pudica
quę templi vice cōſecrata ridēt
poſtq̄ cōbiberint deū medullis
Sed ſi quid vicij doli ve naſci
inter viſcera iam dicata ſentit
ceu ſpurcū refugit celer ſacellū
Tetꝝ fragrat enī vapore craſſo
horror conſcius ęſtuante culpa
offenſumq3 bonū niger repellit
Hic ſolꝰ pudor īnocēs ve votū
templū ꝯſtituunt penne chriſto
in cordis medij ſinu ac receſſu
Sed ne crapula ferueat cauēdū
quę ſedem fidei cibis refertam
vſq3 ad congeriē coarctet intus

Parcꝭ victib⁹ expedita corda
infuſum melius deum receptāt
hic paſtus aīe eſt ſaporq3 verus
Sed nos tu gemīo fouēs ꝑatu
artus atq3 animas vtroq3 paſtu
ꝯfirmas pater ac vigore cōples
Si olim tua preclués poteſtas.
inter raucisonos ſitum leones
illapſis dapibus virum refouit
Illum fuſile numē execrantem
et curuare caput ſub expolita
eris materia nefas putantem
Plebs dire babilōiſ ac tyrān⁹
morti ſubdiderant. ferꝭ dicarāt
ſeuis ꝓtinus hauſtib⁹ vorandū
O ſemper pietas fideſq3 tuta
lambunt indomiti virū leones
intactūq3 dei tremunt alumnū
Aſtāt comin⁹ ⁊ iubas reponūt
māſueſcit rabieſ fameſq3 blāda
p̄dam rictib⁹ ābit incruētis
Sz cū tēderet ad ſupna palmas
expertumq3 ſibi deum rogaret
clauſus iugiter indigēſq3 victu
Iuſſus nūcius aduolare terris
qui paſtum famulo daret ꝓbato
raptim deſilit obſequēte mūdo
Cerit forte ꝑcul dapes ineptas
quas meſſorib⁹ abacuc ꝓpheta
agreſti bonus exhibebat arte
Huius ceſarie manu prehenſa
ſplenis ſicut erat grauē caniſtris
uſpenſuz rapit ⁊ vehit ꝑ auras
Tūc rapt⁹ ſimul ipſe prandiūq3
ſenſim labitur in lacum leonum
et q̄s tūc epulas gerebat offert
Sumas lęt⁹ ait libēſq3 carpas
que ſumm⁹ pr̄ angeluſq3 chriſti
mittūt liba tibi ſub hoc periclo
His ſumptis daniel⁹ excitauit
in celum faciem: ciboq3 fortis
amen reddidit. alleluia dixit.
Hic nos munerib⁹ tuis refecti
largitor deus oīm bonoꝝ
g̃tes reddim⁹ ⁊ ſacrā⁹ hymnos
Sic nos triſtifico velut tirāno

mundi ſcꝫ impotentis actu
concluſos regis feram repellis
Que ĉcũfremit ac vorare tētat
inſanos acuens furore dentes
cũ te ſine deus precemur vnũ
Vexamur p̄mimur mal' rotam̄
oderũt lacerant trahũt laceſſũt
iuncta eſt ſupplicijs fides iniqs
Nec deſit tamen anxijs medela
nam languēte trucis leonis ira
illapſe ſuper ingerunt eſcȩ
Quas ſi qs ſitienter hauriēdo
non guſtu tenui ſed ore pleno
internis velit implicare venis
Hic ſancto ſaciatus ex ꝓpheta
iuſtoꝝ capiet cibos viroꝝ
qui fructũ dño metunt perennem
Nil eſt dulcius ac magis ſapoꝝ
nil qđ plus hoīem iuuare poſſit
quã vatis pia p̄cinentis orſa
His ſumptis. licet īſolens ptãs
prauũ iudicet. irrogetqꝫ mortē
impaſti licet irruant leones
Nos ſemꝑ dñm patrē patētes
in te chriſte deũ loquamur vnũ
conſtanterqꝫ tuã crucē feremꝰ

¶ Ode monoculos tetraſtraphos coriambicũ aſtlepiadeum

## ¶ hymnus ad incenſionē ignis paſcalis.

INuentor rutili dux bone luminis
qui certis vicibus tempora diuidis
merſo ſole chaos ingruit horridum
lumen redde tuis chriſte fidelibus
Quamuis innumero ſydere regiam
lunariqꝫ polum lampade pinxeris:
in cuſſu ſilicis lumina nos tamen

monſtras ſaxigeno ſemine quęrere.
Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis
in chriſti ſolido corpore conditam
qui dici ſtabilem ſe voluit petram
noſtris igniculis vnde genus venit.
Pinguis quos olei rore madentibus
lychnis aut facibus paſcimus aridis:
quin ⁊ fila fauis ſcirpea floreis
preſſo melle prius collita fingimus
Viuax flamma viget ceu caua teſtula
ſuccum lintheolo ſuggerit ebrio
ſeu pinus piceam fert alimoniam
ſeu cerã teretem ſtupa calens bibit.
Nectar de liquido vertice feruidum
guttatim lachrimis ſtillat olentibus
ambuſtum quoniã vis facit ignea
imbrem de madido flere cacumine
Splendent ergo tuis muneribus pater
flammis mobilibns ſcilicet atria:
abſentemq; diem lux agit ęmula
quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed nos non rapidi luminis arduam
manantemq; deo cerno originem:

moyſes nempe deum ſpinifero in rubo
vidit conſpicuo lumine flammeum.
Felix qui meruit ſentibus in ſacris
cęleſtis ſolij viſere pꝛincipem
iuſſus nexa pedum ſoluere vincula
ne ſanctum in volucris polluerit locum.
Hunc ignem populus ſanguinis inclyti
maioꝛum meritis tutus ⁊ impotens
ſuetus ſub dominis viuere barbaris
iam liber ſequitur longa per auia.
Qua greſſum tulerant. caſtraqꝫ cerulę
noctis per medium concita mouerant
plebem peruigilem fulgure pręuio
ducebat radius ſole micantioꝛ.
Sed rex niliaci litoꝛis. inuido
feruens felle. iubet pręualidam manum
in bellum rapidis ire cohoꝛtibus
ferrataſqꝫ acies clangere claſſicum.
Sumunt arma viri: ſeqꝫ micantibus
accingunt gladijs: triſte canit tuba:
hic fidit iaculis: ille volantia
pręfigit calamis ſpicula gnoſijs.
Denſatur cuneis turba pedeſtribus:

currus pars ⁊ equos ⁊ volucres rotas
conſcendunt celeres: ſignaq; bellica
prętendunt tumidis clara draconibus
Hinc iam ſeruicij neſcia priſtini
gens peluſiacis vſta vaporibus
tandem purpurei gurgitis hoſpita
rubris litoribus feſſa reſederat.
Hoſtis dirus adeſt cum duce perfido
infert ⁊ validis pręlia viribus:
moyſes porro ſuos in mare pręcipit
conſtans intrepidis tendere greſſibus.
Prębent rupta locum ſtagna viantibus.
riparum in faciem peruia ſiſtitur
circumſtans vitreis vnda liquoribus
dum plebs ſub bifido permeat ęquore.
Pubes quinetiã decolor. aſperis
irritata odijs. rege ſub impio
hebreũ ſitiens fundere ſanguinem
audet ſe pelago credere concauo.
Ibant pręcipiti turbine percita
fluctus per medios agmina regia:
ſed confuſa dehinc vnda reuoluitur
in ſemet reuolans gurgite confluo.

Currus tunc & equos telaqꝫ naufraga
ipſos & ꝓceres & vana corpora
nigrorꝝ videas nare ſatellitum
artis iuſticium triſte tyrannicę.
Que tandem poterit lingua retexere
laudes chriſte tuas? qui domitum pharon
plagis multimodis cędere pręſuli
cogis iuſticię vindice dextera.
Qui pontum rapidis ęſtibus inuium
perſulcare vetas: vt refluo in ſalo
ſecurus pateat te duce tranſitus:
et mox vnda rapax vt voret impios
Cum ieiuna heremi ſaxa. loquacibus
exundant ſcatebris: & latices nouos
fundit ſciſſa ſilex quę ſitientibus
dat potum populis axe ſub igneo.
Inſtar fellis aqua triſtifico in lacu
fit ligni venia. mel velut atticum:
lignum eſt quo ſapiunt aſpera dulcius
nam pręfixa cruci ſpes hoīm viget.
Implet caſtra cibus tunc quoqꝫ ningidus
illabens gelida grandine denſius:
his menſas epulis hac dape conſtruunt

quam dat ſydereo chriſtus ab ęthere.
Nec nõ imbrifero ventus anhelitu
craſſa nube leues inuehit alites
quę cõſtrata in humũ cum ſemel agmin
fluxerũt. reduci non reuolant fuga.
Hęc olim patribus premia contulit
inſignis pietas numinis vnici:
cuius ſubſidio nos quoqꝫ veſcimur
paſcentes dapibus pectora miſticis.
Feſſus ille vocat per freta ſęculi
diſciſſis populũ turbinibus regens:
iactataſqꝫ animas mille laboribus
iuſtoꝝ in patriam ſcandere pręcipit.
Illic pupureis tecta roſarijs
omnis fragrat humus. caltaqꝫ pinguis
et molles violas ⁊ tenues crocos
fundit fonticulis vnda fugacibus.
Illic ⁊ gracili balſama ſurculo
deſudata fluunt: raraqꝫ cynnama
ſpirant ⁊ foliũ. fonte quod abdito
pręlabens fluuius portat in exitum.
Felices anĩę prata per herbida
concentu parili ſuaue ſonantibus

hymnoꝝ modulis dulce canunt melos:
calcant ⁊ pedibus lilia candidis.
Sunt ⁊ ſpiritibus ſępe nocentibus
pęnarū celebres ſub ſtyge ferię
illa nocte ſacer qua redijt deus
ſtagnis ad ſuperos ex acheronticis.
Nam ſicut tenebras de face fulgida
ſurgens oceano lucifer imbuit:
ſic terris. domini de cruce triſtibus.
maior ſole nouū reſtituis diem.
Marcent ſupplicijs tartara mitibus:
exultatqꝫ ſui carceris ocio
vmbraꝝ populus liber ab ignibus
nec feruent ſolito flumina ſulphure.
Nos feſtis trahimus per pia gaudia
noctem conſilijs. votaqꝫ ꝓſpera
certatim vigili congerimus prece:
extructoqꝫ agimus liba ſacrario
Pendent mobilibus lumina funibus
quę ſuffixa micant per laquearia
et de languidulis fota natalibus
lucem perſpicuo flamma iacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper aream
ornatam geminis ſtare trionibus

et qua boſphoreum themo regit iugum
paſſim purpureos ſpargier heſperos.

O res digna deus quam tibi roſcidę
noctis principio grex tuus offerat
lucem qua tribuis nil precioſius
lucem qua reliqua premia cernimus:

Tu lux vera oculis: lux quoqȝ ſenſibus
intus tu ſpeculū: tu ſpeculum foris:
lumen quod famulans offero ſuſcipe
tinctum pacifici chriſmatis vnguine

Per xp̄m genitum ſummę pater tuum
in quo viſibilis ſtat tibi gloria
qui noſter dn̄s: qui tuus vnicus
ſpirat de patrio corde paraclytum:

Per quem ſplendor. honor. laus. ſapientia
maieſtas. bonitas ⁊ pietas tua
regnum continuat numine triplici
texens perpetuis ſęcula ſęculis:

¶ Ode monocolos tetraſtrophos iābicū dimetꝝ cathalecticū anacreontiū.

## ¶ Hymnus ante ſomnum.

Ades pater ſupreme
quē nemo vidit vnꝗ̄
patriſqȝ ſermo chriſte
et ſpiritus benigne
O trinitatis huius

vis vna. lumen vnum
deus ex deo perennis
deus ex vtroqȝ miſſus.
Fluxit labor diei
redit ⁊ quietis hora:

blandus ſopor viciſſim
feſſos relaxat artus
Mens ęſtuans procellis
curiſq; ſauciata
totis bibit medullis
obliuiale poculum.
Serpit per om̄e corpus
lethea vis. nec vllnm
miſeris doloris ęgri
patitur manere ſenſum
Lex hęc data eſt caducis
deo iubente membris
vt temperet laborem
medicabilis voluptas.
Sed dum pererrat omnes
quies amica venas
pectuſq; furiatum
placat rigente ſomno
Liber vagas per auras
rapido vigore ſenſus
variaſq; per figuras
quę ſunt operta cernit
Quia mens ſoluta curis
cui eſt origo cęlum
puruſq; fons ab ethra
iners iacere neſcit
Imitata multiformes
facies ſibi ipſa fingit
per quas repente currens
tenui fruatur actu
Sed ſenſa ſomniantũ
diſpar fatigat horror:
nunc ſplendor intererrat
qui dat futura noſſe
Plerũq; diſſipatis
mendax imago veris
animos pauore męſtos
ambage fallit atra.
Quem rara culpa moꝝ
non polluit frequenter
hunc lux ſerena vibrans
res edocet latentes
At qui comquinatũ
vicijs cor impiauit
fuſus pauore multo
ſpecies videt tremendas
Hoc patriarcha noſter
ſub carceris cathena

geminis ſimul miniſtris
interpꝛes appꝛobauit
Quoꝝ reuerſus vnus
dat poculū tyranno
aſt alterū rapaces
fixum voꝛant volucres
Ipſum deinde regem
perplexa ſomniantem
monuit famem futuram
clauſis cauere aceruis
Mox pꝛęſul ac retrarches
regnū per omne iuſſus
ſacram tenere virgam
dominę reſedit aulę.
O quā ꝓfunda iuſtis
arcana per ſopoꝛē
aperit tuenda chꝛiſtus
o ꝙ̄ clara quā tacenda.
Euangeliſta ſummi
fidiſſimus magiſtri
ſignata quę latebant
nebulis videt remotis.
Ipſum tonantis agnum
decęde purpurantem
qui conſcium futuri
libꝛum reſignat vnus
Huius manū potentem
gladius perarmat anceps
et fulgurans vtrinqꝫ
duplicē minatur ictum
Quęſitoꝛ ille ſolus
anięqꝫ coꝛpoꝛiſqꝫ
enſiſqꝫ bis timendus
pꝛima ac ſecunda moꝛs eſt
Adeo tñ benignus
vltoꝛ retundit iram
paucoſqꝫ non pioꝝ
patitur perire in ęuū
Huic inclytus perenne
tribuit pater tribunal
hunc obtinere iuſſit
nomē ſuper omne nomen
Hic pꝛępotens cruenti
extinctoꝛ antichꝛiſti:
qui de furente monſtro
pulchꝛū refert trophęum
Quam beſtiam rapacem
populoſqꝫ deuoꝛantem

quam ſanguinis caribdim
ioannes execratur
Hęc nempe quę ſacratū
pręferre nomen auſa eſt
imam petit gehennam
chriſto eſt perempta vero.
Tali ſopore iuſtus
mentem relaxat heros
vt ſpiritu ſagaci
cęlum peragret omne.
Nihil hoꝝ nos meremur
quos creber implet error.
concreta. quos malaꝝ
viciat cupido rerum
Sat eſt quiete dulci
feſſum fouere corpus:
ſat ſi nihil ſiniſtrū
vana minetur vmbra
Cultor dei memento
te fontis ⁊ lauacri
rorem ſubiſſe ſanctum
te criſmate innouatum
Fac cum vocante ſomno
caſtum petis cubile
frontem locūq; cordis
crucis figura ſignet.
Crux pellit om̄e crimen:
fugiunt crucem tenebrę
tali dicata ſigno
mens fluctuare neſcit.
Procul o ꝓcul vagantū
portenta ſomnioꝝ:
procul eſto peruicaci
pręſtigiator aſtu.
O tortuoſe ſerpens
qui mille per meandros
fraudeſq; flexuoſas
agitas quieta corda
Diſcede chriſtus hic eſt
hic xp̄s eſt liqueſce.
ſignū qđ ipſe noſti
damnat tuam cateruam
Corpus licet fatiſcens
iaceat recliue paulum
chriſtum tamen ſub ipſo
meditabitur ſopore:

¶ Ode monoculos penthaſtraphos iambicū trimetrum acathalecticum archilochicum.

## ¶ Hymnus ieiunantium.

O Nazarene dux bethleem verbum patris
quem partus alui virginalis ꝓtulit
adeſto caſtis chriſte parcimonijs
feſtumq; noſtrū rex ſerenus aſpice
ieiunioꝝ dum litamus victimam:
Nil hoc ꝑfecto purius myſterio
quo fibra cordis expiatur liuidi:
intemperata quo domantur viſcera.
aruinā putrem ne reſudans crapulam
obſtrangulatę mentis ingeniū p̄mat:
Hoc ſubiugatur luxus. ⁊ turpis gula
vini atq; ſomni degener ſecordia
libido ſordens. inuerecundus lepos:
varięq; peſtes languidoꝝ ſenſuū
parcam ſubactę diſciplinam ſentiunt:
Nam ſi licenter diffluens potu ⁊ cibo
ieiuna rite membra non coerceas:
ſequitur frequenti marcida oblectamine
ſcintilla mentis vt tepeſcat nobilis
animuſq; pigris ſtertat pręcordijs.
Frenentur ergo corporum libidines

deterſa vt intus emicet prudentia:
ſic excitato perſpicax acumine
liberqꝫ flatu laxiore ſpiritus
rerum parentem rectius precabitur.
Helyas tali creuit obſeruantia
vetus ſacerdos ruris hoſpes aridi:
fragore ab omni quem remotum ⁊ ſegregem
ſpreuiſſe tradūt criminū frequentiam
caſto fruentem ſyrtium ſilentio:
Sed mox in auras igneis iugalibus
curruqꝫ raptus euolauit prępeti
ne de ꝓpinquo ſordium contagio
dirus quietum mundus afflaret virum
olim probatis inclytum ieiunijs
Non ante cęli principem ſeptemplicis
moyſes tremendi fidus interpres throni
potuit videre: quam decem recurſibus
qnater volutis. ſol peragrans ſydera
omni carentem cerneret ſubſtantia.
Victns precantis ſolis in lachrimis fuit
nam flendo pernox. irrigatū puluerem
humi madentis ore preſſit cernuo:
donec loquentis voce pręſtrictus dei

expauit ignem non ferendum viſibus:
Joannes huius artis haud minus potens
dei perennis pręcucurrit filium:
curuos viaꝝ qui retrorſit tramites
et flexuoſa corrigens diſpendia
dedit ſequendam calle recto lineam:
Hanc obſequelam pręparabat nuncius
mox affuturo conſtruens iter deo:
cliuoſa planis. confragoſa vt lenibus
conuerterent̄: neue quicq̄ deuium
illapſa terris inueniret veritas:
Non vſitatis ortus hic natalibus
oblita lactis iam vieto in pectore
matris tetendit ſerus infans vbera:
nec ante partu de ſenili effuſus eſt
quam prędicaret virginem plenam deo:
Poſt in patentes ille ſolitudines
amictus hirtis beſtiarum pellibus
ſetiſqꝫ tectus hiſpida lanugine
ſeceſſit: horreus inquinari ⁊ pollui
contaminatis oppidoꝝ moribus:
Illic dicata parcus abſtinentia
potum cibumqꝫ vir ſeuerę induſtrię

in vſq; ſerum reſpuebat veſperum:
paruū locuſtis ⁊ fauoꝝ agreſtium
liquoꝛe paſtum coꝛpoꝛi ſuetus dare:
Hoꝛtatoꝛ ille pꝛimus ⁊ doctoꝛ nouę
ſalutis. atq; gratię doctoꝛ nouę.
veterum piatas lauit erroꝝ notas:
ſed tincta poſtq̄ membꝛa defecauerat
cęlo refulgens influebat ſpiritus:
Hoc ex lauacro labe dempta criminum
ibant renati: non ſecus quam ſi rudis
auri recocta vena pulchꝛum ſplendeat:
micet metalli ſiue lux argentei
ſudum polito pꝛęnitens purgamine:
Referre priſci ſtemma nunc ieiunij
libet. fideli pꝛoditum volumine:
vt diruendę ciuitatis incolis
fulmen benigni manſuefactum patris
pie repꝛeſſis ignibus pepercerit:
Gens inſolenti pꝛępotens iactantia
pollebat olim: quam fluentem nequiter
coꝛrupta vulgo ſoluerat laſciuia
et inde bꝛuto contumax faſtidio
cultum ſuperni negligebat numinis:

Offenſa tandem iugis indulgentia
cenſura iuſtis excitatur motibus:
dextram perarmat rumpheali incendio.
nimbos crepantes ⁊ fragoſos turbines
vibrans. tonantum nube flammas quatit:
Sed penitendi dum datur diecula
ſi forte vellent improbum libidinem
vetereſq; nugas condomare ac frangere:
ſuſpendit ictum terror exorabilis:
paulumq; dicta ſubſtitit ſententia
Ionam ꝓphetam mitis vltor excitat
pęnę imminentis iret vt pręnuncius:
ſed noſſet ille dum minacem iudicem
ſeruare malle quam ferire ac plectere.
tectam latenter vertit in tharſos fugam:
Celſam paratis pontibus ſcandit ratem:
vdo reuincta fune pupis ſoluitur:
itur per altun. fit procelloſum mare:
dum cauſa tanti queritur periculi
ſors in fugacem miſſa vatem decidit:
Iuſſus perire ſolus e cunctis reus
cuius voluta crimen vrna expreſſerat
pręceps rotatur ⁊ ꝓfundo immergitur

excęptus inde bęluinis faucibus
alui capacis viuus hauritur ſpecu:
Tranſmiſſa raptim pręda caſſos dentium
eludit ictus:incruentam tranſuolat
impune linguam:ne retentam mordicus
offam molares diſſecarent vuidi
os omne tranſit ⁊ palatum pręterit:
Ternis dierum ac noctium progreſſibus
manſit ferino deuoratus gutture:
errabat illic per latebras viſcerum
ventris receſſus circuibat tortiles
anhelus extis intus ęſtuantibus
Intactus exin tercię noctis vice
monſtri vomentis pellitur ſingultibus:
qua murmuranti fine fluctus frangitur
ſalſoſq; candens ſpuma tundit pumices
ructatus exit.ſeq; ſeruatum ſtupet:
In niniuitas ſe coactus percito
greſſu reflectit:quos vt increpauerat
pudenda ſenſor imputans opprobria.
impendet inquit ira ſummi iudicis
vrbemq; flamma mox cremabit:credite:
Apicem deinceps ardui montis petit

viſurus inde coaglobatum turbidę
fumum ruinę. cladis ⁊ dirę ſtruem
tectus flagellis multimodi germinis
nato repente perfruens vmbraculo:
Sed męſta poſtq̄ ciuitas vulnus noui
hauſit doloris: heu ſupremū palpitat.
curſant per ampla congregatim męnia
plebs ⁊ ſenatus. omnis ętas ciuium
pallens iuuentus. eiulantes fęminę:
Placet frementem publicis ieiunijs
placare chriſtum: mos edendi ſpernitur:
glaucos amictus induit monilibus
matrona demptis: proq; gemma ⁊ ſerico
crinem fluentem ſordibus ſpargit cinis:
Squalent recincta veſte bullati patres:
ſetaſq; plangens turba ſumit textiles:
impexa villis virgo beſtialibus
nigrante vultum contegit velamine:
iacens harenis ⁊ puer prouoluitur.
Rex ipſe chaos ęſtuantem murices
lenam reuulſa diſſipabat fibula
gemmas virentes ⁊ lapillos ſyrtiles
inſigne frontis exuebat vinculum

turpi capillos impeditus puluere:
Nullus bibendi eſt nemo veſcendi memor:
ieiuna menſas pubes omnis liquerat.
quin ⁊ negato lacte: vagientium
fletu madeſcunt paruuloꝝ cumulę
ſuccum papillę parca nutrix denegat
Greges ⁊ ipſos claudit armentaliū
ſollers viroꝝ cura: ne vagum pecus
contingat ore rorulenta gramina.
potum ſtrepentis neue fontis hauriat
vacuis querelę perſonant pręſepibus:
Mollibus his ⁊ talibus: breuem deus
iram refrenans temperat oraculnm
propere ſiniſtrum: prona nam clementia
haud difficulter ſupplicū mortaliū
ſoluit reatum: fitqꝫ fautrix flentium:
Sed cur veſtutę gentis exemplum loquor:
pridem caducis cū grauatus artubus
ieſus dicato corde ieiunauerit:
pręnunciatus ore qui ꝓphetico
emanuel eſt ſiue nobiſcum deus:
Qui corpus iſtud molle naturaliter
captumqꝫ laxo ſub voluptatum iugo

virtutis arcta lege fecit liberum.
emancipatoꝛ ſeruientis plaſmatis
regnantis ante victoꝛ ⁊ cupidinis
In hoſpitali nāq; ſecretus loco
quinis diebus octies labentibus
nullam ciboꝝ vendicauit grām
firmans ſalubꝛi ſcilicet ieiunio
vas appetendis imbecillū gaudijs
Miratur hoſtis poſſe limum tabidum
tantum laboꝛis ſuſtinere ac perpeti:
exploꝛat arte ſciſcitatoꝛ callida
deus ne membꝛis ſit receptus terreis.
ſed increpata fraude poſt tergum ruit
Hoc nos ſequamur quiſq; nunc pꝛo viribus
quod conſecrati tu magiſter dogmatis
tuis dediſti chꝛiſte ſectatoꝛibus:
vt cum voꝛandi vicerit libidinem
late triumphet imperatoꝛ ſpiritus:
Hoc eſt quod atriliuoꝛ hoſtis inuidet
mundi poliq; quod gubernatoꝛ pꝛobat
altaris aram quod facit placabilem
quod doꝛmientis excitat coꝛdis fidem
quod limat ęgram pectoꝝ rubiginem

Perfuſa non ſic amne flamma extinguitur
nec ſic calenti ſole tabeſcunt niues
vt turbidaꝝ ſcabra culpaꝝ ſeges
vaneſcit almo trita ſub ieiunio
ſi blanda ſemper miſceatur largitas:
Eſt quippe ⁊ illud grande virtutis opus
operire nudos: indigentes paſcere:
opem benignam ferre ſupplicantibus:
vnam paremqꝫ ſortis humanę vicem
inter potentes atqꝫ egenos ducere:
Satis beatus quiſqꝫ dextram porrigit
laudis rapacem. prodigam pecunię
cuius ſiniſtra dulce factum neſciat:
illum perennes protinus complent opes
ditatqꝫ fructus fęnerantem centuplex:

¶ Ode dicolos tetraſtrophos ſaphicū endecaſyllabū ⁊ adonicū

## ¶ Hymnus poſt cibum.

Chriſte ſeruoꝝ regimen tuoꝝ
mollibus qui nos moderans habenis
leniter fręnas. faciliqꝫ ſeptos
lege coerces.
Ipſe cum portas onus impeditum
corporis duros tuleris labores

maioꝛ exemplis. famulos remiſſo
dogmate palpas.

Prona ſummiſſum rotat oꝛe ſolem
partibus vix dum tribus euolutis
quarta deuexo ſupereſt in axe
poꝛcio lucis.

Nos bꝛeuis voti dape vendicata
ſoluimus feſtum: fruimurqꝫ menſis
afatim plenis. quibus imbuatur
pꝛona voluntas:

Tantus ęterni fauoꝛ eſt magiſtri
doctoꝛ indulgens ita nos amico
lactat hoꝛtatu: leuis obſequela vt
mulceat artus:

Addit et ne quis velit inuenuſto
ſoꝛdidus cultu lacerare frontem
ſed decus vultus capitiſqꝫ pexum
comat honoꝛem:

Terge ieiunans ait omne coꝛpus
neve ſubducto faciem ruboꝛe
lutheus tinguat coloꝛ. aut notetur
palloꝛ in oꝛe:

Rectius lęto tegimus pudoꝛe

quicquid ad cultnm patris exhibemus:
cernit:occultum deus:⁊ latentem
munere donat:

Jlle ouem moꝛbo reſidem gregiqꝫ
perditam ſano.⁊ male diſſipantem
vellus affixis vepꝛibus per hirtę
deuia ſiluę:

Jmpiger paſtoꝛ reuocat:lupiſqꝫ
geſtat excluſis humeros grauatos
inde purgatam reuehens apꝛico.
reddit ouili:

Reddit ⁊ pꝛatis viridiqꝫ campo
vibꝛat imperis vbi nulla lapis
ſpina.nec germen ſudibus perarmat
carduus hoꝛrens:

Sed frequens palmis nemus.⁊ reflexa
vernat herbaꝝ coma:tum perennis
gurgitem viuis vitreum fluentis
laurus obumbꝛat:

Diſce pꝛo donis tibi fide paſtoꝛ
ſeruitus quęnam poterit rependi:
nullus compenſant pꝛeciū ſalutis
vota pꝛecantum:

Quamlibet ſpreto ſine more paſtu
ſponte confectos tenuemus artus
teqꝫ contemptis epulis rogemus
nocte dieqꝫ:

Vincitur ſemper minor obſequentum
cura: nec munus genitoris ęquat:
frangit ⁊ cratem luteam laboris
grandior vſus

Ergo ne limum fragilem ſolutę
deſerant vires ⁊ aquoſus albis
humor in venis dominetur. ęgrum
corpus eneruans:

Laxus ac liber modus abſtinendi
ponitur cunctis: neqꝫ nos ſeuerus
terror impellit: ſua queqꝫ cogit
velle poteſtas:

Sufficit qnicquid facias vocato
numinis nutu prius. inchoare
ſiue tu mēnſam renuas. cibumqꝫ
ſumere tentes:

Annuit dexter deus. et ſecundo
proſperat vultu. velut hoc ſalubre
fidimus nobis foreꝗ dicatas

carpimus eſcas:

Sit bonũ. ſupplex. precor ⁊ medelam
conferat membris: animumqꝫ paſcat
ſparſus in venas cibus obſecrantum
chriſticolarum:

¶ Ad de dicolos hexaſtrophos trochaicũ
et euripidium dimetrum cathalecticum.

## ¶ Hymnus omni hora de miraculis chriſti.

Da puer plectꝝ choreis
vt canamus fidibus
dulce carmen ⁊ melodum
geſta chriſti inſignia:
hunc camena noſtra ſolum
pangat: hunc laudet lyra:
Chriſtus eſt quem rex ſacerdos
affuturum protinus
infulatus concinebat
voce chorda ⁊ tympano
ſpiritũ cęlo influentem
per medullas hauriens:
Facta nos ⁊ iam probata
pangimus miracula:
teſtis orbis eſt: nec ipſa
terra quod vidit negat:
cominus deum docendis
prodimus mortalibus:
Corde natus ex parantis
ante mundi exordium
alpha ⁊ o cognominatus
ipſe fons ⁊ clauſula
oĩm quę ſunt fuerunt
quęqꝫ poſt futura ſunt:
Ipſe iuſſit ⁊ creata
dixit ipſe ⁊ facta ſunt
terra cęlum foſſa ponti
trina reꝝ machina
quęqꝫ in his vigent ſub alto
ſolis ⁊ lunę globo:

Coꝛpis formā caduci
membꝛa moꝛti obnoxia
induit. ne gens periret
pꝛotoplaſti ex germine
merſerat quē lex ꝑfundo
noxialis tartaro:
O beatus ille partus
virgo cū puerpera
ędidit nrām ſalutem
fęta ſancto ſpiritu
et puer redemptoꝛ oꝛbis
os ſacrarū ꝓtulit:
Pſallat altitudo cęli
pſallat omīs angelus
quicq̄d eſt virtutis vſquā
pſallat in laudem dei:
nulla linguaꝝ ſileſcat:
vox ⁊ omīs conſonet:
Ecce quē vates vetuſtis
concinebant ſęculis
quem ꝓphetaꝝ fideles
pagine ſpoponderant
emicat pꝛomiſſus olim:

cuncta collaudent eum
Cantaris infuſa lympha
fit phalernū nobile:
nūciat vinum miniſter
eſſe pꝛomptū ex hydria
ipſe rex ſapoꝛe tinctis
obſtupeſcit poculis
Memoꝛa moꝛbis vlceroſa
viſceꝝ putredines
mādo ⁊ abluantur inquit:
fit ratū qđ iuſſerat
turgidā cutē repurgant
vulneꝝ piamina
Tu perennibus tenebꝛis
iam ſepulta lumina
illinis limo ſalubꝛi
ſacri ⁊ oꝛis nectare:
mox apertis ac medela
lux reducta eſt oꝛbibus:
Increpant ventum furentē
q̄ ꝓcellis triſtibus
vertat ęquoꝛ fundo ab imo
vexet vagam ratem

ille iuſſis obſecūdat
mitis vnda ſternitur:
Extimū veſtis ſacratę
furtim mulier attigit
protinus ſalus ſecuta eſt
ora ⁊ pallor deſerit:
ſiſtitur riuus cruore
qui fluebat perpetim
Exitu dulcis iuuentę
raptum ephębū viderat:
orba quē mater ſup̄mis
funerabat fletibus
ſurge(dixit ille)ſurgit:
matri ⁊ aſtans redditur:
Sole quarto iam carentē
iam ſepulcro abſconditū
lazaꝝ iubet vigere
reddito ſpiramine
fętidū iecur reductus
rurſus intrat halitus:
Ambulat ꝑ ſtagna ponti
ſummat calcat fluctuū:
mobilis liquor ꝓfundi
pendulā pręſtat viam:
nec fatiſcit vnda ſanctis
preſſa ſub veſtigijs:
Suetus antro buſtuali
ſub cathenis frendere
mentis impos efferatis
percitus furoribus
proſilit ruitqȝ ſupplex
chriſtū adeſſe vt ſenſerat:
Pulſa peſtis lubricoꝝ
milleformis dęmonū
corripit gregis ſuilli
ſordida ſpurcamina
ſeqȝ nigris mergit vndis
fit pecus lymphaticū.
Quinqȝ panibus pereſis
et gemellis piſcibus
afatim refecta iam ſunt
accubantū milia:
fertqȝ qualus ter quatern⁹
ferculoꝝ fragmina
Tu cibus paniſqȝ noſter
tu perennis ſuauitas:

neſcit eſurire in ęuū
qui tuam ſumit dapem
nec lacunā ventris implet
ſed fouet vitalia
Clauſus aurium meatus
et ſonoꝝ neſcius
purgat ad p̄cepta dei
craſſa quęqꝫ obſtacula
vocibus capax fruendis
ac ſuſurris peruius:
Omīs ęgritudo cedit
languor omīs pellitur:
lingua fatur quā veterna
vinxerāt ſilentia
geſtat ⁊ ſuū ꝑ vrbem
lętus ęger lectulū:
Quin ⁊ ip̄m (ne ſalutis
inferi expertes forent)
tartaꝝ benignus intrat
fracta cędit ianua
vectibus cadit reuulſis
cardo diſſolubilis
Illa prompta ad irruentes
ad reuertentes tenax
obice retrorſum recluſo
porta reddit mortuos
lege verſa limen atrū
iam recalcandū patet
Sed deus dum luce fulua
mortis antra illuminat
dum ſtupentibus tenebris
candidū pręſtat diem
triſtia ſqualentis ęthrę
palluerūt ſydera
Sol refugit, ⁊ lugubri
ſordidus ferrugine
igneū reliquit axem
ſeqꝫ merens abdidit
fertur horruiſſe mundus
noctis ęternę chaos.
Solue vocē mens ſonora
ſolue linguā mobilē
dic tropheū paſſionis
dic triumphalē crucem:
pange vexillū. notatis
qđ refulget frontibus.

O nouū cędis ſtupendę
vulneris miraculū:
hinc cruoris fluxit vnda:
lympha parte ex altera:
lympha nempe dat lauacrum
tum corona ex ſanguine eſt
Vidit anguis immolatam
corpis ſacri hoſtiam:
vidit, ⁊ fellis peruſti
mox venenū perdidit
ſaucius dolore multo
colla fractus ſibilat.
Quid tibi ꝓhane ſerpens
profuit rebus nouis
plaſma primū perculiſſe
verſipelli hortamīe:
diluit culpam recepto
forma mortalis deo:
Ad breuem ſe mortis vſum
dux ſalutis obtulit
mortuos olim ſepultos
vt redire inſueſceret
diſſolutis priſtinoꝝ
vinculis peccaminū
Tum patres ſanctiqꝫ multi
conditorem pręuium
iam reuertentem ſecuti
tercio demū die
carnis indumenta ſumūt
eqꝫ buſtis prodeunt:
Cerneres coire membra
de fauillis aridis:
frigidum venis reſumptis
puluerem tepeſcere.
oſſa neruos ac medullas
glutino cutis tegi:
Poſt vt occaſum reſoluit
vitę ⁊ hoīem reddidit
arduū tribunal alti
victor aſcendit patris:
inclytā cęlo reportans
paſſionis gloriam:
Macte iudex mortuoꝝ
macte rex viuentium
dexter in parentis arce
qui cluis virtutibus

oīm venturus inde
iuſtus vltoꝛ criminū:
Te ſenes ⁊ te iuuentus
paruuloꝝ te choꝛus
turba matrū virginūq;
ſimplices puellulę
voce concoꝛdes pudicis
perſtrepent concentibus
Fluminū lapſus ⁊ vndę
litoꝝ crepidines
imber ęſtus nix pruina
ſilua ⁊ aura nox dies
oībus te concelebꝛent
ſęculoꝝ ſęculis:

¶ Ode monocłoſ tetraſtrophos anapeſticū catalecticū pthenicū

## ¶ Hymnus ad exequias animarum.

Deus ignee fons aīarū
duo qui ſocians elemēta
viuū ſimul ac moꝛibundum
hoīem pater effigiaſti:
Tua ſunt tua rectoꝛ vtraq;
tibi copula iungitur hoꝝ
tibi dum vegetata cohęrēt
ſpūs ſimul ⁊ caro viuit.
Resoluta ſed iſta ſeoꝛſum
ꝓpꝛios reuocantur in oꝛtus
petit halitus ęthera feruens:
humus excipit arida coꝛpus
Sic cuncta creata neceſſe eſt
obitū tolerare ſupꝛemū
vt ſęmīa diſſociata
ſibi ſumat oꝛigo reſoꝛbens:
Reciſaq; ⁊ ipſa ſeoꝛſum
ſoluūt hoīem perimuntq;
humus excipit arida coꝛpus
anīę rapit aura liquoꝛē.
Qui cuncta creata neceſſe eſt
labefacta ſeneſcere tandē
cōpactaq; diſſociari
et diſſona texta retexi.
Hanc tu deus optime moꝛtem
famulis abolere paratus
iter inuiolabile monſtras
quo perdita membꝛa reſurgāt.
Et dum generoſa caducis

ceu carcere clauſa ligatur
pars illa potentior extet
quę germen ab ęthere traxit
Si terrea forte voluntas
luteū ſapit ⁊ graue captat:
animus qꝫ pondere victus
ſequitur ſua membra deorſum
At ſi generis memor ignis
contagia pigra recuſet
vehit hoſpita viſcera ſecum
pariterqꝫ reportat ad aſtra
Nam ꝙ requieſcere corpus
vacuū ſine mente videmus
ſpacium breue reſtat vt alti
repetat collegia ſenſus.
Venient cito ſęcula cum iam
ſocius calor oſſa reuiſat
aīataqꝫ ſanguine viuo
habitacula priſtina geſtet:
Quę pigra cadauera pridem
tumulis putrefacta iacebant
volucres rapiantur in auras
aīas comitata priores

Hinc maxīa cura ſepulcris
impenditur: hinc reſolutos
honor vltimus excipit artus
et funeris ambitus ornat:
Candore intenta claro
p̄tendere linthea mos eſt
aſperſaqꝫ myrrha ſabeo
corpus medicamīe ferunt:
Quidnā ſibi ſaxa cauata
quid pulcra volunt monumēta
niſi ꝙ res creditur illis
nō mortua ſed data ſomno
Hoc ꝓuida chriſticolaꝝ
pietas ſtudet. vtpote credens
fore ꝓtinus oīa viua
quę nūc gelidus ſopor arcet
Qui iacta cadauera paſſim
miſerans tegit aggere terra
opus exhibet ille benignū
chriſto pius omīpotenti:
Quia lex eadem manet oīs
gemitum dare ſorte ſub vna
cognataqꝫ funera nobis

aliena in moꝛte dolere:
Sancti ſatoꝛ ille tobię
ſacer ac venerabilis hęros
dapibus iam rite paratis
ius pꝛetulit exequiaꝝ:
Iam ſtantibus ille miniſtris
cyathos ⁊ fercula liqui:
ſtudioqȝ accinctus humandi
fletu dedit oſſa ſepulcro
Veniũt mox pꝛemia cęlo
pꝛeciũqȝ rependitur ingens
nam lumina neſcia ſolis
deus illita felle ſerenat:
Iam tunc docuit pater oꝛbis
quã ſit rationis egena
moꝛdax ⁊ amara medela
cũ lux aĩm noua vexat
Docuit q̊ȝ non pꝛius vllum
celeſtia cernere regna
quã nocte ⁊ vulnere triſti
tolerauerit aſpera mundi
Moꝛs inde beatioꝛ ipſa eſt
ꝙ per cruciamina leti
via panditur ardua iuſtis
et ad aſtra doloꝛibus itur.
Sic coꝛpa moꝛtificata
redeunt melioꝛibus annis
nec poſt obitũ recaleſcens
compago fatiſcere nouit
Hęc quę mō pallida tabo
coloꝛ albidus inficit oꝛa
tunc floꝛe venuſtioꝛ omni
ſanguis cute tinguet amęna
Iam nulla deinde ſenectus
frontis decus ęmula carpet
macies neqȝ ſicca lacertos
ſucco tenuabit adeſo.
Moꝛbus q̊ȝ peſtifer artus
qui nunc populatur anhelos
ſua tunc toꝛmenta reſudans
luet inter vincula mille.
Hũc ęminus aere ab alto
victrix caro iamqȝ perennis
cernet ſine fine gementē
quos mouerat ipſe doloꝛes
Quid turba ſuperſtes inepta

plangens vlulamina miſcet
cur tam bene condita iura
luctu doloꝛ arguit amens
Iam meſta quieſce querela
lachꝛymas ſuſpendite matres.
nullus ſua pignoꝛa plangat
moꝛs hęc reparatio vitę eſt
Sic ſęmina ſicca vireſcunt
iam moꝛtua iamqꝫ ſepulta
quę reddita ceſpite ab imo
veteres meditantur ariſtas.
Nunc ſuſcipe terra fouendum
gremioqꝫ hunc concipe molli
homīs tibi membꝛa ſequeſtro
generoſa ⁊ fragmina credo
Animę fuit hęc domus olim
factoꝛis ab oꝛe creatę
feruens habitauit in iſtis
ſapientia pꝛincipe chꝛiſto
Tu depoſitū tege coꝛpus
non immemoꝛ ille requiret
ſua munera fictoꝛ ⁊ auctoꝛ
pꝛijqꝫ enigmata vultus.
Veniant modo tp̄a iuſta
cum ſpem deus impleat oēm
reddas patefacta neceſſe eſt
qualem tibi trado figurā
Non ſi carioſa vetuſtas
diſſoluerit oſſa fauillis
fueritqꝫ ciniſculus arens
minimi menſura pugilli:
Nec ſi vaga flamma ⁊ aurę
vacuū per inane volantes
tulerint cum puluere neruos
hoīem periſſe licebit.
Sed dum reſolubile coꝛpus
reuocas deus atqꝫ refoꝛmas
quanā regione iubebis
animam requiſcere puram.
Gremio ſenis addita ſancti
recubabat vt illa lazari
quē floribus vndiqꝫ ſeptum
diues ꝓcul aſpicit ardens.
Sequimur tua dicta redēptoꝛ
quibus atra. e moꝛte triūphans
tua per veſtigia mandas

ſociū crucis ire latronē
Patet ecce fidelibus ampli
via lucida iam paradiſi:
licet ⁊ nemus illud adire
homini qđ ademerat anguis
Illic p̄cor optime ductor
famulā tibi p̄cipe mentē
genitali in ſede ſacrari
quā liq̄rat exul ⁊ errans
Nos tecta fouebim⁹ oſſa
violis ⁊ fronde frequēti
titulūqȝ ⁊ frigida ſaxa
liquido ſpargemus odore

¶ Ode monoculos tetraſtrophos iambicum dymetrū acathalecticum archilogicum.

## Hym. ī ntitate ſaluatoꝝ

Quid eſt qđ arctū circulū
ſol iam recurrens deſerit
chriſtus ne terris naſcitur
qui lucis auget tramitē?
Heu quā fugacē gratiā
feſtina voluebat dies
quā pene ſubductā facē
ſenſum reciſa extinxerat.
Cęlū niteſcit letius
gratatur ⁊ gaudens humus
ſcandit gradatim denuo
iubar priores lineas
Emerge dulcis puſio
quē matris ędit caſtitas
parēs ⁊ expers cōiugis
mediator ⁊ duplex genus
Ex ore quālibet patris
ſis ortus ⁊ verbo ęditus
tamē paterno in pectore
ſophia callebas prius.
Quę prompta cęlū condidit
noctem diemqȝ ⁊ cętera.
virtute verbi effecta ſunt
hęc cūcta. nam verbū deus
Sed ordinatis ſęculis
rurūqȝ digeſto ſtatu
fundator ipſe ⁊ artifex
permanſit in patris ſinu
Donec rotata annaliū
tranſuoluerent milia

atq; ipſe peccantem diu
dignatus orbem viſeret
Nã ceca vis mortaliũ
venerans inanes nenias
vel ęra vel ſaxa algida
vel ligna credebat deum
Hęc dum ſequũtur ꝑfidi
predonis in ius venerant
et mancipatã fumido
vitã baratro ĩmerſerant
Stragem ſed iſtam non tulit
chriſtus cadentũ gentiũ
impune ne forſan ſui
patris periret fabrica.
Mortale corpus induit
vt excitato corꝑe
mortis cathenã frangeret
hoĩemq; portaret patri.
Hic ille natalis dies
quo te creator arduus
animauit ⁊ limo induit
ſermone carnẽ glutinans
Sentis ne virgo nobilis

matura per faſtidia
pudoris intactũ decus
honore partus creſcere:
O quãta reꝝ gaudia
aluus pudicę continet:
ex qua nouellũ ſeculum
procedit ⁊ lux aurea:
Vagitus ille exordiũ
vernantis orbis ꝓtulit
nam tunc renatus ſordidum
mundus veternũ depulit:
Sparſiſſe tellurem reor
rus om̃e denſis floribus
ipſaſq; arenas ſyrtium
fragaſſe nardo ⁊ nectare
Te cuncta naſcentẽ puer
ſenſere dura ⁊ barbara
victuſq; ſaxoꝝ rigor
obduxit herbã cotibus.
Iam mella de ſcopulis fluunt
iam ſtillat ilex arido
ſudans amomũ ſtipite
iam ſunt miricis balſama

O ſancta pꝛęſepis tui
ęterne rex cunabula
populiſqꝫ ꝑ ſęclū ſacra
mutis ⁊ ipſis credita.
Adoꝛat hęc bꝛutū pecus
indocta turba ſcilicet
vis cuius in paſtu ſita eſt
adoꝛat excoꝛs natio.
Sed cū fideli ſpiritu
cōcurrat ad pꝛęſepia
pagana gens. ⁊ quadrupes
ſapiatqꝫ qđ bꝛutū fuit.
Negat patꝝ.ꝓſapia
peroſa pꝛęſentē deum:
credas venenis ebꝛiam
furijs ve lymphatam rapi.
Quid pꝛona ꝑ ſcelus ruis
agnoſce ſi quicꝙ tibi
mentis reſedit integrę
ducem duoꝝ pꝛincipū.
Nūc quē latebꝛa ⁊ obſtetrix
virgoqꝫ fęta ⁊ cumulę
et imbecilla infantia
regem dederūt gentibus.
Peccatoꝛ intueberis
celſum coꝛuſcis nubibus
deiectus ipſe ⁊ irritis
plangens reatū fletibus
Cū vaſta ſignū buccina
terris cremandis miſerit
et ſciſſus axis cardinē
mundi ruentis ſoluerit:
Inſignis ipſe ⁊ pꝛęminēs
meritis rependit congrua
his lucis vſum perpetis
illis gehennā ⁊ tartaꝝ
Iudea tūc fulmen crucis
experta quę ſit ſenties
quę te furoꝛis pꝛęſule
moꝛs hauſit ⁊ moꝛs reddidit:

¶ Ode monoculos iambicū dimetrum acathalecticum

## ¶ Hymnꝰ in ephia dn̄i.

Quicūqꝫ chꝛiſtū queritis
oculos in altū tollite
illic licebit viſere

ſignū pennis glorię:
Hęc ſtella quę ſolis rotā
vincit decore ac lnmine
veniſſe terris nunciat
cū carne terreſtri deum
Non illa ſeruit noctibus
ſecuta lunā menſtruā
ſed ſola cęlū poſſidens
curſum dieꝝ temperat.
Arctoa quāuis ſydera
in ſe retortis motibus
obire nolint: attamen
plęrūq3 ſub nymbis latent.
Hoc ſydus ęternū manet
hęc ſtella nunq̄ mergit
nec nubis occurſu abdita
obumbrat obductā facere
Triſtis cometa intercidat
et ſi qd̄ aſtrum ſyrio
feruet vapore. iā dei
ſub luce deſtructū cadat.
En perſici ex orbis ſinu
ſol vnde ſumit ianuā
cernūt periti interp̄tes
regale vexillū magi.
Qd̄ vt refulſit. ceterū
ceſſere ſignoꝝ globi
nec pnlcher auſus eſt ſuā
cōferre flammā lucifer.
Quis iſte tantus (inquiūt)
regnator aſtris imperans
quē ſic tremūt cęleſtia
cui lux ⁊ ęthra inſeruiūt:
Illuſtre quiddā cernimus
qd̄ neſciat finē pati
ſublime celſum interminū
antiquius cęlo ⁊ chao.
Hic ille rex eſt gentiū
populiq3 rex iudaici
p̄miſſus abrahę patri
eiuſq3 in ęuū ſęmini
Equāda nā ſtellis ſua
cognouit olim germina
primus ſator credentiū
nati imolator vnici
Iam flos ſubit dauiticus

radice ieſſea ęditus
ſceptriqʒ ꝑ virgã virens
rerũ cacumen occupat.
Exin ſequũtur perciti
fixis in altũ vultibus
qua ſtella ſulcũ traxerat
claráqʒ ſignabat viam
Sed verticẽ pueri ſupra
ſignũ pependit imminens
pronaqʒ ſummiſſum face
caput ſacratũ ꝓdidit
Uidere qđ poſtq̃ magi
eoa promũt munera
ſtratiqʒ votis offerunt
thus myrrhã ⁊ aurũ regiũ
Agnoſce clara inſignia
virtutis ac regni tui
puero cui trinam pater
predeſtinauit indolem
Regẽ deũqʒ annũciant
theſaurus ⁊ fragrans odor
thuris ſabei ac mirrheus
puluis ſepulcꝝ prędocet.

Hoc eſt ſepulcꝝ. qđ (deus
dum corpus extingui ſinit
atqʒ id ſepultũ ſuſcitat)
mortis refregit carcerẽ
O ſola magnaꝝ vrbium
maior bethleẽ cui contigit
ducem ſalutis cęlitus
incorporatũ gignere.
Altrice te ſummo patri
hęres creatur vnicus
homo extonantis ſpiritu
idemqʒ ſub membris deus.
Hũc ⁊ ꝓphetis teſtibus
iiſdemqʒ ſignatoribus
teſtator ⁊ ſator iubet
adire regnũ ⁊ cernere.
Regnũ qđ ambit om̃ia
diua ⁊ marina ⁊ terrea
a ſolis ortu ad exitũ
et tartara ⁊ cęlũ ſupra
Audit tyrannus anxius
adeſſe regum principem
qui nomen iſrael regat

teneatqꝫ dauid regiam.
Exclamat amens nuncio
ſucceſſoꝛ inſtat. pellimur:
ferrũ ſatelles coꝛripe
perfunde cunas ſanguīe.
Mas omīs infans occidat
ſcrutare nutricũ ſinus
interqꝫ materna vbera
enſem cruentet puſio
Suſpecta ꝑ bethleē mihi
puerperaꝝ eſt oīm
fraus: ne qua furti ſubtrahat
pꝛolem virilis indolis.
Tranſfigit ergo carnifex
mucrone diſtricto furēs
effuſa nuꝑ coꝛꝑa
anīaſqꝫ rimatur nouas
Locũ minutis artubus
vix interemptoꝛ inuenit
quo plaga deſcendat patens
iuguloqꝫ maioꝛ pugio eſt
O barbaꝝ ſpectaculũ
illiſa ceruix cautibus
ſpargit cerebꝝ lacteũ
oculoſqꝫ per vulnus vomit
Aut in ꝓfundum palpitans
merſat infans gurgitē
cui ſubter arctis faucibus
ſingultit vnda ⁊ halitus
Saluete floꝛes martyꝝ
quos lucis ipſo in limine
chꝛiſti inſecutoꝛ ſuſtulit
ceu turbo naſcentes roſas.
Vos pꝛima chꝛiſti victima
grex immolatoꝝ tener
arā ante ipſam ſimplices
palma ⁊ coꝛonis luditis.
Quid ꝓficit tantũ nefas
quid crimen herodem iuuat:
vnus tot inter funera
impune chꝛiſtus tollitur
Inter coeui ſanguinis
fluenta. ſolus integer
ferrũ qđ oꝛbabat nurus
partus fefellit virginis
Sic ſtulta pharonis mali

edita quondã fugerat
chriſti figurã pręferens
moyſes receptor ciuiũ
Cautũ ⁊ ſtatutũ iuſſerat
quo nõ liceret matribus
cũ pondus alui abſoluerent
puerile pignus tollere.
Mens obſtreticis ſedulę
pie in tyrannũ contumax
ad ſpem potentis glorię
furata ſeruat paruulũ
Quẽ mox ſacerdotẽ ſibi
aſſumpſit orbis conditor
per quẽ notatã ſaxeis
legem tabellis traderet.
Licet ne xp̄m noſcere
tanti per exemplũ viri:
dux ille cęſo ęgiptio
abſoluit iſrahel iugo
At nos ſubactos iugiter
erroris imperio graui
dux noſter hoſte ſaucio
mortis tenebris liberat.

Hic expiatã fluctibus
plebem marino in tranſitu
repurgat vndis dulcibus
lucis columnã pręferens
Hic pręliante exercitu
paſſis in altum brachijs
ſublimis amalech premit
crucis qđ inſtar tũc fuit
Hic nempe ihesus verior
qui longa poſt diſpendia
victor ſuis tribulibus
promiſſa ſoluit iugera.
Qui ter quaternis deniqʒ
refluentis amnis alueo
fundauit ⁊ fixit petris
apoſtoloꝝ ſtẽmata.
Iure ergo ſe iudeę ducẽ
vidiſſe teſtantur magi
cũ facta priſcoꝝ ducum
chriſti figurã finxerint.
Hic rex prioꝝ iudicũ
rexere qui iacob genus
dñęqʒ rex eccleſię

templi nouelli ac priſtini
Hũc poſteri effraym colũt
hũc ſancta manaſſe domus
oẽſqꝫ ſuſcipiũt tribus
bis ſena fratꝝ ſęmina
Quin et ꝓpago degener
ritũ ſecuta in conditũ
quęcũqꝫ dirũ feruidi
baal caminis coxerat:
Fumoſa auoꝝ numina
ſaxum metallũ ſtipitem
raſum dolatum ſectile
in chriſti honorem deſerit.
Gaudete quicqd gentiũ eſt
iudea roma ⁊ gręcia
ęgipte thrax perſa ⁊ ſcytha
rex vnus omnes poſſidet.
Laudate veſtrũ principẽ
omnes beati ac perditi
viui imbecilli ac mortui
iam nemo poſthac mortuus:

¶ Aurelij Clementis Pru-
dentij Cathemerimon finit.
Impreſſum Vienne per
Johannem Winterburg.